



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 2. Fiducia in Deum parit perenne & perfectum gaudium etiam in afflictionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

femelin animum: admissa permittatur in eo stabilem sedem figere. Hæc corda nostra regens propulsabit omnem tristitiam, depellet mortorem nec quidquam accidet aliquando sinistro, quod ejus ope non cedat nobis in admirabile solatum & gaudium mentis singulare.

§. II.

Fiducia in Deum parit perenne & perfectum gaudium in ipsis quoque afflictionibus.

Item supra declaratum est quod singularis in Deum fiducia non solum doceat nos divinam agnoscer e sapientiam in mundi gubernatione, verum etiam in administratione rerum omnium nostrarum quæcunque tamdem illæ sint, has quoque ab ejusdem nutu pendere ac subesse curæ. Hinc illa eadem virtus ita disponit nos ut paratissimis animis de ejus manibus suscipiamus quæcunque in rebus negotijsque nostris eveniant, sive sint prosperæ fortunæ munera, sive adversæ jacula, eo sensu quo de fortuna loqui solemus, adeo ut quisquis virtutis hujus studiosus est cultor, non ad creaturas referat seu communies seu particulares rerum mutationes, sed proxime in Deum, velut unicam rerum omnium causam. Et verò cum ipse sit ubique praesens, neque quidquam in mundo geratur absque influxu diuinæ providentiae, nemo est

O 6

vir

Liber III. de effectibus

vir bonus qui non justissimè dicat: Deus iph
hanc mihi afflictionem immittit, Deus illi
mihi satisfactionem tribuit, largitur hand
ratem, processum, lucrum, jacturam. Atq
ita se considerat , uti memoratur de sancto
quodam Abbatे, qui sic vivebat perinde
si præter se ac Deum nemo in mundo vire
ret; unde velut ex perenni fonte tantam ar
bat in ejus animam gaudiorum copia, ut
mnem penitus tristitiam absorberet. Epi
mo quidem non est dubium, quod spes tua
bona, quin magno sit solatio noscere à Deo illi
bona omnia provenire, modò quis vel mi
mam habeat tanti notitiam beneficiorum.
Nam si manus largientis principis munus
ipsum commendat & auget: si favor præficiens
non tam ex se æstimatur atque amatur, quin
ex singulari præstantis affectu ipsiusque ex
cellenti donantis dignitate, ut crudite probat
Philosophus Seneca I. de benef. quantu
m Dei , quibus cumulamur ex infinita ex
bonitate ac majestate trahunt commenda
tionem? Et quod inde consequens est, qua
tum gaudium & consolatio ex ijs redundant
in animum illa velut de manu Dei in misericordia
recipientis? Quam dispar fuit gaudium Mys
sis & omnium bonorum in deserto, quide
ralissimam quotidie videbant, ut sic dicit
Dei manum sibi aperiri, & impleri se beneficiorum.



t:Deus ipse
Deus ista
ur hand
am. Atque
ur de fatio
perinde a
undo vno
antam
opia, ut
ret. Epi
d speb
e à Deo in
is vel mu
netation
is muns
or pradiu
atui, quin
iusque ex
dite prob
antamb
antambo
fusione cu
commende
el, qua
redemar
i in man
ium May
, quilibet
sic dicas
e bene

ctione uberi panis cælestis; quam dispar in
quam illorum erat & impiorum gaudium; hi
enim nescio quo ventorum turbine aut secū-
do fortunæ afflatu quotidianum sibi panem
affirri fingebarant haud considerantes datorē
eius Deum, perinde ac si eum non cognosce-
rent. Sed parum est ad commendationem fi-
duciae in Deum quod hæc secundis in rebus
gaudium nostrum augeat & confirmet; amplius
aliquid præstat, nam & in ipsis adversis
& afflictionibus eodem aut majorē etiam sui
studiosos replet gaudio, id quod mundi ama-
toribus, qui nihil nisi terrena sapiunt, para-
doxum videtur, quod supra jam insinuavi-
mus, sed hic pluribus operæ pretium est de-
clarare.

§. III.

Gaudium Dei mensura est ceterorum.

Ad hunc effectum pleniùs cognoscendū,
presupponi debet principium communī
consensu receptum, quod videlicet inter na-
turæ cuiusque sive essentiæ differentias inve-
niatur aliqua, quæ sit veluti forma & mensura
reliquarum, ita ut quò ad hanc unaquæque
accedit proprius, aut recedit longius, eo plus
participet aut minus perfectionis in eā dif-
ferentia. Exempli causa, si de calore loquamur,
sicut qui in igne est calor, excedit ceteros om-
nes qui reperiuntur in rebus aliis, ita illorum

O

est